

8<sup>o</sup> la mort de Hyreneus et de Abundus; celle de Décius et de Valerianus, de Tryphonia, femme de Décius; élection du pape Dionysius, conversion et martyre de 46 soldats.

XVII. Fol. 126 V.—133 V.: *Incipit passio sancti Quintini martyris, quod pridie kl. Novembris.* Igitur in illo tempore sub Maximiano imperatore multi christiani persecucionem paciebantur propter regnum Dei . . . . . sanctus vero Quintinus una cum beatissimo Luciano . . . . . ab urbe Roma se in hanc transtulerunt regionem . . . . . Cum igitur intra Gallias Ambianensium civitatem pervenissent . . . . . — (*finit*): Quod ne corpus beati viri Quintini a populo christiano honorem et laudem accipiat. Consumavit autem martyrium suum pridie kl. Novembris. A qua autem fuit tumulus eius annis circiter quinquaginta quinque. *Explicit passio sancti Quintini martyris.*

XVIII. Fol. 133 V.—135: *Incipit inventio sancti Quintini ab Eusebia.* Expletis his diebus voluit Deus ostendere huic plebi occultatum thesaurum et mysterium copiosum. Suscitavit autem dominus Deus quandam Dei matronam ab urbe Roma nomine Eusebiam. — (*finit*): Sepelivit autem corpus beatissimi viri Quintini martyris VIII kl. iul. post gloriosam resurrectionem domini nostri Iesu Christi, cui est gloria et honor, laus et imperium in secula seculorum. Amen.

XIX. Fol. 135 V.—140: *Incipit passio sancti Georgii martyris, quod est VIII kl. mai.* Tantas itaque ac tales martyrum laudes roseis cruorum passionibus consecratas nullus omittit. — (*finit*): Martyr vero sanctus Georgius [ab angelo] coronatus est in cælis; regnante domino Iesu Christo cum patre et Spiritu sancto cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

XX. Fol. 140—146 V.: *Incipit inventio sanctae Crucis ab Helena Matris (sic!) Constantini quod est V nonas maias.* Anno ducentesimo tricesimo tertio post passionem domini nostri Iesu Christi, regnante venerabili Dei cultore magno viro Constantino, in sexto anno regni eius, gens multa barbarorum congregata est super Danubium parata ad bellum contra Romaniam. — (*finit*): Demandans omnibus qui Christum diligunt viris ac mulieribus celebrare commemorationem diei in qua inventa est sancta Crux, V. nonas maias; quicumque vero memoriam faciunt crucis, accipiant partem cum Dei genetrice Maria per infinita seculorum. Amen.

XXI. Fol. 146 V.—149 V.: *Incipit de exaltatione sanctae Crucis.* Tempore illo postquam Constantino augusto contra Max-